



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

Cap. 1. Actione molli & curata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)



# DE PRONVNTIATIONE. LIBER NONVS.

*Actio corporis eloquentia.*



N Eloquentiae potissimum exercitatione conformari solet actio, cuius vis maxima est, & ad omne momentum persuasione, efficacissima.

Est enim corporis quedam eloquentia, qua sit, ut animus optimis sensibus affluens in corpus emanet, eique sui generofam speciem imprimat. Ut igitur lumen à sole, sic ab intima mente profluit actio, immo mens ipsa in actione se prodit, quasi in speculo, & per vultum, per oculos, per manus, per vocem, optimum eloquentiae instrumentum, in exteriora sc̄e diffundit: cumque ea quae interiora sunt, minus pateant multitudini ingenij, quae omnia ex oculis metiri solet: contra, quae videntur, & audiuntur, vehementius animos per sensum transfulsa perciliant, evenit, ut qui actione fluoruerint oratores, omne (quod a iunctu) punctum semper retulerint; nec immerito eandem eloquentiae primariam, & pene unam virtutem agnouit Demosthenes.

*Actio vise*

Quamobrem, & ei qui serio decus affectat potius dilectione, diligenter conformanda est, & omniscitur, ex parte perpolienda, quamquam superuacuum praeceptum existimat, de ijs longam preceptorum sepius texere, que potius ē naturæ cuiuslibet affectione, viua voce, & continua exercitatione pertenda sunt, quam ex scriptorum monumentis expectata: Qui enim haec scrupulosius inquirunt ex libris, & exercitatione minime infestunt, idem mihi facere videntur, ac si quis, ut in strenuū militem euaderet, gladiatorum di-

ctata multa quam auidē colligeret, ludi vero gladiatorijs alspectum, & rudes, & petitiones, & declinationes nunquam digladiando experientur. Est autem cuiuslibet promptius actionis via, & deformitates notare, quam quid optimum sit, in tanta corporum, & ingeniorum varietate definire.

*De actione molli, & curata.*

## CAPUT I.

F Amiliarissimum est ijs, qui ex Rhetorum ludo, & præceptis adhuc calent iuuenilius, actionem nimis mollem, & curatam studiosè consecrati, qua plurimum sape deperditur gravitas.

Alius est Athleta in ludo, alias miles in azie, cum ad pomparam, & delectationem referuntur omnia, exilire solet liberius actionis la nimis quædam affectata iucunditas; At ubi serio cum plerumq; hoste configenduni est, desforescit hic ab arte numerosus lepos, & plus sapè naturæ, quam præceptis tribuitur.

Non enim satis sani videntur, qui certamen hominem, & iam in sudata lorica desfrangentes, volunt minutulis quibusdam præceptis, & legibus illigare, qui Oratores ad res solem, & ligiosam phonæcorum obseruationem reuolucant, abstinentiam ciborum variam precipit, legitimis liquidorum etiam plasmarum sorbitiunculas certamam præscribant; gestum deinde formant, quasi ex nullo pyxide ad choreas, non ad turbarū sonitus, armorum

*Simile de  
equis Sy-  
baritach.*  
morumque terrors educturi essent oratorem, His igitur saepenumero contingere solet, quod Sybaritatum equis ludionibus quidem illis, sed minimè bellicosis: Quippe gens chorearum, ad infaniam vsque auida, etiam equos numerosè saltare docuerat, qui potquam ex saltationum umbraculis, in solem, & pulucem sunt producti, Maris & tubarum ignati, amissi insulæ compotitis motibus laetuerunt, se, & torum exercitum perdidérunt: ita illi ab imis vnguiculis ad verticem usq; venusti Rethores, qui triumphant in lusionibus, in legitimis prælijs, si eandem teneant rationem, & cauillas in dictimen adducunt.

Itaque bene monet Quintilianus, actionem non esse delicas molliendam: alioqui nitida illa, & curata pronuntiatio insolitum laborem recusat, vt affecta gymnaſijs, & oculo corpora, qualibet sint in suis certaminibus specijs, atque robusta, si militare iter, facelque, & vigilias imperes, deficit, & querant vñctores suos, nūdumque sudorem.

### De actione rudi, & rasta.

#### C A P V T I I

*Moderata  
actionis  
cultura.*  
**N**eque tamen cum mollis, & compta repudiatr actio, eò deueniendum est, ut cum ijs sentamus, qui rudem illam, & qualem imperus cuiusq; animo tulit, actionem iudicant fortiorē, & solam viris dignam. Est enim profectō ab arte moderata quedam cultura capienda; Nam etsi præceptis istis in dicendo manifestè noui timur, tamen apparet, atque extat, utrum aliquando didicerimus.

Vt enim (quod ait M. Tullius) qui pila ludunt, non vtuntur in palaestra: artificio proprio palæstræ: sed indicat ipse motus, didicentes Palæstram, an neficiant.

Sic in orationibus iudiciorum, concionum, Senatus, etiam non adhibentur gestus ex Schola, facile est tamen intueri, utrum is, qui dicit, liberaliter aliquando fuerit institutus.

Omnis quidem affectatio, ac nimis delicatus lepos inuisus est, & merito in serijs praefertur orationibus suspectus.

At ipse neglectus actionis incidit in aliud vi-  
gum rusticitatis, qua merito placere nō possit.

Itaque, vt qui formæ nimis student, elaborentque curiosius, delicate molitie suspicio-  
nem non effugiant: contra, qui omnino negli-  
gunt rigorem quandam animi, & duram ipe-  
ciem præferunt austoritatis.

Non dissimili ratione, quæ nimis excolitur actio, pueriles delicias lapit: quæ proorsus contemnit, in agrestem duritatem transit, quæ au-  
ditores retinere non potest: tenendus est, vt in  
ceteris modis, & medium, in quo solet virtus  
confitire. Quanquam si in altero peccandum  
fore, facilis excularetur simplex quedam ru-  
sticitas, quam putidiacula vocis, gestus, & ha-  
bitus affectatio. Quod Philofratus dicitur no-  
ta in Philisco, qui aed Antonino Impera-  
tori ob infraactam molitie actionis displicuit, iſiſi sophi-  
v immunitate, qua ceteri penè omnes sophi-  
ſtae gaudebāt, excideret, vbi inter cetera notat,

χρηστὸν δεσμῆνας ἔδοξε, χρηστὸν φενύρ Actionis  
μιχόντας, χρηστὸν θεάνθειαν θείους, καὶ βλέπε delicata  
πάντων ἐπέστρεψε μᾶλον ἡ τὰ νοτίαν οὐδέποτε rigida cen-  
tus, lingua supinus, & alio quoquis potius in di-  
cendo, quam ad sensa respiciens visus est. Quā  
ob rem Imperator in Philiscum conuerlus,  
eius os continuo repressit, angustas interrogati-  
ones iugeras; ad quas, cum Philiscus mini-  
mè responderet: τοῦτον αὐτὸν, inquit Anto-  
ninus, θεάσθαι τὸν κόμην, τὸν δὲ στρογγυλὸν, καὶ φωνήν,  
& cùm sibi, ob sedem Athenis datam, immu-  
nitatem quoq; concessam dicituraret, respondit  
Imperator, le non διὰ μερὸς καὶ δέσποτα λογά-  
πα, immunitatem concedere. Ita ille vitio præ-  
ue actionis irritus, & mulctatus est.

### De actuosa, & frigida.

#### C A P V T I I I

*Aetnoſ  
tem indiges-  
sas.*  
**I**st est plebeiorum fermè hominum sensus,  
vt nullam putent egregiam, nisi quæ pon-  
tem indignesar, actionem, in qua & rigidi quales  
vultus toruitas, & clamores fauces, & vox vlu-  
lans, & pedis suppliciones, & brachiorum re-  
migatio, & totius corporis dissoluta quedam,  
atque intemperans factio: qua tamen agen-  
di ratio, quam parum sinceta sit, & prudens  
declarant summorum Oratorum de pronun-  
tiatione iudicia.

Illi 2

Siqui-